

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Ludus Diane in modum Comedie coram Maximiliano
Rhomanorum Rege Kalendis Martijs et Ludis saturnalibus
in arce Linaiana danubij actus: Clementissimo Rege et
Regina ducibus#[que] illustribus Mediolani ...**

Celtis, Konrad

Nuremberge, 1501

VD16 C 1907

Incipit comediae in morem ludus

[urn:nbn:de:bsz:31-294533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-294533)

Incipit comediae in morem ludus.

Actus primus. Diana nymphis satyris ⁊ faunis reliquaq; sua familia fingali suis insignibus ornati ⁊ induti Regem alloquitur

Caesar aue auspicio superum qui dirigis orbem
 Quem decorat Rhomanus honos cui viuuda virtus
 Per varios casus per mille pericula rerum
 Hoc peperit regnum: gestis qui cedere nescis
 Caesaribus praescis: ⁊ adhuc meliora super sunt
 Aduenio supplex genibus prostrata sacratis
 Quam coluit crebris aris veneranda vetustas
 Atq; Ephesus memozi tot iam per secula templo
 Donauit: triuiam vates dixerē priores
 Mansit honos nomenq; meum: mihi numina ruris
 Siluanus Satiriq; leues faunig; loquaces
 Et Bacchus socio Sylleno in cespite sacrum
 Struxerunt: me magna cohors comitata sororum
 Orca dum Dryadumq; simul: solemq; niuesq;
 Pertuleram: inq; humeris tot recia ferre sub estu
 Non piguit: costisq; cutem deducere ceruis
 Nec minus et nostros ornarunt vndiq; postes
 Arcibus ⁊ iaculis captiuarumq; ferarum
 Pellibus ⁊ votis mortales mille vocarunt
 Donec in Austriaca quidam foelicior aula
 Ducit Auentina veteres qui ex arce parentes
 Progenitus: superans ataus virtute priores
 Genatu oppressit siluas cautescq; petiuit
 Ignotas antehac homini: non vlla ferarum
 Non volucrum secura colit montisue cacumen
 Siue profunda lacus penetrat. montesq; lacusq;
 Et manibus pedibusq; ferox: certaq; sagitta
 Siue capit prendens lato venabula ferro
 Seu iaculum torquet: rideris praesca vetustas
 Herculea decorata manu: Calidonijs heros
 Jam nihil est quin ipsa virum venerata priorem
 Ipsa Diana colo: Fauni Satyriq; sequuntur
 Siluanusq; rudis Nymphe ⁊ generosus Iachus
 Auritq; sedens madidus silenus a sella

a ij

(1501)

(4)

Hunc dominū: nostrisq; choris non amplius berent:
Et si me vultus non decipit ille videris

Ille es cesar: ades venator maximus ille

Quem capree ceruicq; timent. vsiq; suesq;

Et lupus z nuper tibi missi aquilone visontes

Quem fugiunt: qui sepe ferus nemus omne fatigas

Ledo libens: arcumq; meum pharetramq; nitentem

Et Jaculum capias cesar spolijsq; Diane

Letior exultes z que tibi munera Abauoris

Fampzidem largitus erat crudelis in hostes

Exerce his nostris: placidus lenisq; fruaris:

¶ Post huius carminis recitationē Diana choro Nympharum

stipata Laudes regis z regine cū Nymphis et Faunis quattuor

vocibus cantant. Ipsa in medio choro corniculata stabat. Nym-

phis in chorea circa ipsam salientibus z hec carmina canentibus.

Abaxmilianeas Nymphe nunc dicite laudes

Et resonet nostro Blanca maria choro

Bucite iocundas Fauni Satyriq; choreas

Indulget festis regia tota iocis

Dedicat hanc Senio caesar cum coniuge noctem

¶ Nox perpetuo carmine digna coli.

Armonia Carminis Elegiaci quattuor vocum

Discantus

Alto

Tenor

Bass

20

Actus Secundus Sylvanus comitatus Ba-
cho Faunis et Satyris Regem Alloquitur.

Rex
 Verus
 Cultor
 Juris
 Mens
 Quida
 Serua
 Iustitiam
 Nobis
 Victa
 Impia
 Fulmina
 Tolles
 Occurras
 Telis
 Urbis
 Tunde
 Agmina
 Haemet
 Suscitāt
 Urbanos
 Bellator
 Perdere
 Ritus
 In
 Nos
 Costrictos
 Intendēs
 Perfidus
 Enses
 Verati
 Imperij
 Turgētes
 Attere
 Notus

cui Maximium prestant pia sidera nome
 ab ethereo missus mortalibus orb
 olympiaci iustiqz equiqz Tonanti
 amator oues christi tua scepra iubernen
 vigil vt celo populus turbatus apert
 ad eterni tandem pius ora trabatu
 cominifsum tibi nelupus intret ouil
 superos obeuntem hoc orbe relict
 qui Austriaco fruimur pastore remitta
 diu Ausonie Lugubri menia vult
 luxerunt ⁊ adhuc insubrica ploran
 cristati vanissima prelia Gall
 laude atavos si tu venerabile nume
 Turcorum armis inimicazqz castr
 Christicolum superes martemqz tyrannu
 abegisti dum tristia bella tumult
 male infidi venientia perfida turc
 et immanis nunc disijce demonis illu
 robustum pectus qui bella furoz
 insano germana in corpora et arm
 Christi cultus per dentia gesti
 Stigio qui fretus roboze gese
 nos regesqz pios mandare gehenn
 heu miseros hominum quos si ante tribuna
 nigra perpetui mittendos tartara fat
 timor adimoneat nunqz mortalibus ista
 videas animos in crimina ferr
 licqz vsqz malum draco membra resoluā
 exhaurit matris qui viscera nostr
 effodiens sic vndiqz bella parentu
 te iam cessent dominante pericl
 inuictum tolletur ad ethera nome
 Venetos igitur tuqz omine Lume
 foelici Gallorum: ac pectore tot
 Helueticæ compefce ⁊ turbida plebi

N
E
S
T
O
R
E
S
U
T
I
N
A
U
T
I
B
E
R
E
S
E
L
I
E
R
E
R
A
N
S

Nota p̄cedens carmen sex versus incapi
te et vnū in Litteris finalibus continet.

Non auro redimita comas mea carmina sunt
Nec sunt a tanto principe digna legi
Arte tamen contexta diu qua nulla fuere
Forsitan in nostris condita temporibus
Littere in extremo carmen tibi sine reponunt
Et sex principio carmina lector habes

Post huius Carminis recitationem per Syluanum Chorist Ba
chi et comitum suorum ad fistulam et cytharam saltabant hec car
mina quatuor vocibus saltando modulantes.

Siluanus Satyri Fauni Sillenus Iachus
Lasciuus pedibus chorea nostra strepet
Maximus Emilius coniunx et Blanca maria
Lantentur nostris hic et vbiq; choris
Viuite foelices ambo dum vita superstes
Et locet ethereo vos deus inde polo
Finis Actus Secundi.

Actus tercius Bachus Thyrsiger comitatus
Sylleo et Bachidibus Regem alloquitur.

Rex qui stemata Auentina geris sacra
Salve Rhomulidum gloria Caesarum
Oyris capias et Dionisij
Quondam magnificis gesta laboribus
Bachus nunc vocitor leticie dator
Impellens animos scribere carmina
Lantantes satyros iam tua secula
Siluanos faciles capripedes deos
Syllenum madido somniferum mero
Necum temporibus perpetuis fero
Lingentes capitis tempora frondeis
Sertis: sunt quibus et pinea pocula
Ibi sunt qui manibus Thyrsigeris petunt
Necum colliculos celsaq; montium
Leta vitiferum fronte cacumina

Sic veni calida letus ab India
Et Nisam peragrans Niliacam ⁊ plagam
Graijs ⁊ Latijs montibus inserens
Radices: tenui sub scrobe vitium
Dignum perpetuis munus honoribus
Hinc montes adij letior arduos
Sertis belligere monticolas videns
Germanos: docui et pampineum nemus
Per colles teneris ducere surculis
Sic Rhenana mihi culta fuit plaza
Et montosa scabris rura sub alpibus
Nostris muneribus vitca reddidi
Nenum cum Necaro cum Cocero ⁊ vago
Albin cunq; odera ⁊ Bachifero Sala
Rheti Vindelici Carnioli Stiri
Et longa virides valle Carinthij
Hinc ⁊ Austriaci qua Lecius ferax
Vinosum tumido Danubio caput
Infert vinifluis cominus vuulis
Nse vineta locis editioribus
Consecraste sacris carminibus canunt
Nse sic clara Vienna Austriaci soli
A vino nitidum nomen habens bono
Cantat Bachidicis iam Triatericis
Ad que conueniunt milia plurima
Faunorum Driadum ⁊ siluicolum deum
In primis referunt qui meritas pio
Laudes Maxmiliano imperij duci
Urbem tam celebrem qui linit orgijs
Et natale solum muueribus meis
Impleri ⁊ fieri bachica gaudia.

Post recitationem illius Carminis: conticuere omnes intentiq;
ora tenebant ⁊ mox Recitator Choriambi huius ad pedes Regis
prouolutus Lauream his Carminibus a rege pecijt

Si qua mihi est virtus doctrinaq; maxime Caesar
Imponas capiti Laurea ferta meo
Per superos ego iuro tibi ⁊ per sceptrata tonantis
Cantabo laudes hic ⁊ vbiq; tuas

Poeta igitur Ceremonijs solitis p manus Regias creato totus
chorus gratiarum actiones Regi cantauit tribus vocibus.




Regis eternas resonemus omnes
Incliti laudes: nitide corone
Serta q̄ docto dederat Poete
Sylefitano

Tuq̄ susceptum videas honorem
Ut sacris clarum celebres Lamenis
Neue te torpor: furor: aut libido ⁊
Quæstus obumbret

Liber in vastis memorare siluis
Ut canas laudes probitate partas
Asper ⁊ contra vicijs fauentes
Comua tollas

Sic tibi totum celebris per orbem
Fama nascetur rapidum per Istrum
Vistulam ⁊ duras Lodani per vndas
Et vada Rheni.

Discantus



Finis Actus Tercij

Actus Quartus Syllenus a fello infidens et Lantarum anfa at-
trita et contusa peripheria extendens: vacillante et titubante lin-
gua ⁊ cruribus tremulus Regem Alloquitur

Clarus Auentino quondam qui sanguine cretus

Jam faueas nostris Maxilianc iocis

Syllenus sedeo pando temulentus a fello

Et negat officium pesq; manusq; suum

Est animal toto quo nullum pigrius orbe

Viuit, quod tergo corpora nostra gerit

Pendula demissis cui torpent auribus ora

Et lento graditur bestia pigra pede

Bera rugitu ⁊ clamoso complet ab ore

Lerberus obscuris vt solet ater aquis

Officiumq; suum duro nisi verbere discit

Dum crebro baculo terga relisa sonant

Tales despicias rex Maxiliane rogamus

Et neq; cesareis rex bone pasce cibis

Hinc rursus silentium et pocula aurea et patere p Regios pin-
ternas circumlate ⁊ inter pocula pulsata Tympana ⁊ cornua.

Finis Actus Quarti

Actus Quintus vltimus. Personae ludi omnes in vnū chozū
congregatae gratiarum actiones agunt: Diana loquente ⁊ vniuer-
so choro quattuor vocum concentu singula carmina repetente et
veniam abeundi petente: his carminibus,

Viuite foelices ambo Caesarq; thoziq;

Consores: nestores fata dedere dies

Caesar ad occasum socii sis solis ab ortu et

Viribus inuictis regna solumq; tene

Multiplicem pariat sobolem tibi Blanca maria

Et ducibus terras impleat Ausriacas

Tardior extreme cum venerit hora senectae

Collocet omnipotens letus vtrumq; polo

Maxiliane vale valeas iam Blanca maria

Jam repeto siluas ipsa Diana meas

Post Ludum actum Diuus Maximilianus altera die conu-
uio Regio omnes personas refecit. Que erant numero Viginti
quatuor: Actores regijs muneribus donauit. Sodalitas illa Car-
mina subiecit.

Per lege Germanas rex inuictissime musas
Auspicio crescunt que modo in orbe tuo
Has olidi quis tetricq; odere cuculli
Et quos barbaries mitraq; lata grauat
Qui nos mordaci rabioso 7 dente lacessunt
Infamantq; suis carmina nostra dolis
Quasi de sacris auferrent carmina libris
Hoc se septene nullius ore forent
Hos merito spernis nobis tua munera larga
Distribuens: refouens ere fauore domo
Unde tibi merito pulsant sua plectra Camene
Et te perpetuo carmine ad astra ferent.
Telos

Emēda folio vltimo pagina. 2. versu. 2. salubris
pro salubris. Item. 4. versu vomit pro vouit.

Joannis Stabij Austriaci. Philosophi. ac Mathe.
carmen Saphicum: ad Max. Ro. re. Trenice.

Quo ruit mundi periturus ordo:
Non fidem seruant elementa priscam
In chaos vertunt sociale fedus
Semina rerum
Diligens olim nimiumq; solers:
Versa natura est neq; iam maritat
Nobiles formas (velut ante) fluxe
Materiai
Vergit in peius genus omne natum
Sub globo lune: superestq; nullum:
Nostra quod tandem numerare possit
Secla metallum
Aureum primum fuerat sub orbe
Seculum: sanctos habuitq; patres:

Venit argenti meliore pulsa
Viliore etas.

Eris et stanni: simul atque plumbi
Fluxit hinc eum: violentis inde:
Cessit et ferri numeratque nostrum
Fex modo tempus.

Seculo primo pater ab olympo
Filiis misit: pietas fidesque
Libera terras placidamque fronte
Incoluerunt.

Veritas pax iusticieque numen
Et pudor: primis hominum choros
Sepe permixte: meliora o quantum hec
Secula nostris.

Inde mortales pietate tempta:
Obente polluta: manibus cruentis:
Ore mendaci: pepulere sancta.
Numina terris.

In locum quorum subire pestes
Quas malus Pluto genuit sub imo
Tartaro: fraus: insidie: dolus: vis:
Et scelus omne.

Hinc fames auri furit hinc libido.
Hinc amor ferri: inuidieque pallores
Litis et discordia torua nutrit:
Bella metusque.

Estuat tandem vicijis ubique
Abundus: ut flammis: neque perbas neque
Differunt: nullus locus est tibi nunc
Inclita virtus.

Ergo qui celsam moderatur arcem
Etheris summi: pater et deorum
Maximus rector: scelere implicata
Secula ridet.

Uivium terris negat et fauorem:
Quo polus gaudet: mare quo quiescit
Præcipitata quo florent: recreatur et quo
Quicquid ubique est.

Languido stelle radiant nitore:
Atque rubigo segetes perurit.

Fructibus spirat: minus ⁊ minus iam
Aura fasubris.

Laxat infandas rabidus furore
Inferus fauces: vouit impiatam
Sebium turbam: genus omne pestis
Infcit orbem.

Nec malis tantum voluit nocere
Seculo suctis: nouus ecce morbus
Nascitur mundo: furiarum ⁊ orci
Ultima proles.

Vexat in primis valido dolore:
Gallicas turmas: italum sub oris.
Dum parant regi celeres ruinas:
Parthenopeo.

Hinc malo nomen titulusq; venit:
Francicus morbus solet hinc vocari:
Qui modo dira lue peruagatur
Omnia fedans.

Seuius nullum genitum sub antris
Inferum monstrum superas quod oras.
Quodq; tam certo lacerauit ictu
Quos rapit artus.

Rebus o fessis venerande Cefar:
Ipse nunc tandem rogitamus assis.
Tu vides quantis vicij laborant:
Secula nostra.

Nam tibi partes scelus expiandi
Iupiter summus tribuit: pphana
Herculis ritu modo monstra pellas
Maximiliane.

Corrigas mundum vicij furentem:
Inferum fraudes abigas sub orcum
At suo claro redeat nitore:
Te dute virtus.

Si redit certum est redeunt deorum
Dona: Saturni redeunt ⁊ anni:
Sospitas / Vinax vigor ⁊ beatis
Prospera cuncta

Impressum Nuremberge ab Hieronymo H. Scelio Cive Nu-
rembergensi Anno. M. cccc. Et primo noui seculi Idib' Martij